

Gesandtschaftsinstruktionen Pius' II. für Servatius Regis, päpstlichen Gesandten zu den Eidgenossen.¹⁾ Er soll zunächst in Schwyz, dann in Zürich eine Bürgerversammlung einberufen, um dort den päpstlichen Auftrag zur Verteidigung der Kirche und des apostolischen Stuhles zu verkünden und über die von Hz. Sigismund an NvK begangenen Verbrechen zu berichten. Er habe seine zuvor zugunsten Hz. Sigismund erlassene Bulle kassiert und ein Monitorium gegen den Herzog erlassen. Sie sollen nun keinerlei Verbindungen zu Hz. Sigismund unterhalten und gegen den Herzog militärisch vorgehen, sobald der Papst ihn verurteilt habe und sie darum ersuche. Dies werde mit dem Kaiser abgestimmt. Darüber hinaus solle Servatius die Bischöfe von Basel, Konstanz und Chur über das nun in den Gebieten Hz. Sigismunds geltende Interdikt informieren.²⁾

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 201-203 (= K³); BOZEN, StA, Codex Handlung (ebemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 417^v-419^v (= H⁴).

Regest: Jäger, Regesten I 324 Nr. 304.

Erw.: Jäger, Gradner 280; Jäger, Streit II 73; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 398, 401; Baum, Eidgenossen 12; Meuthen, Besetzung des Turgaus 72-74; Köhn, Ungedruckte Quellen 91.

Dum Mediolanum veneritis, facite monitorii executionem.³⁾ Dum ad Swicenses applicaveritis, facite fieri congregacionem maiorum in copioso numero et presentate litteras, et vigore credencie dicite vos missum ad eos per s. d. n. et sacrum collegium in re valde seriosa concernente honorem dei et sancte Romane ecclesie et ipsorum et quod sanctissimus d. n. eos tamquam peculiares filios et animosos iusticiarios salutatur cum apostolica benedictione. Et ut intelligant, quod s. sua confidat plurimum de ipsis tamquam devotissimis filiis obediencie, qui iusticiam colunt et qui pro iusticia non sunt pigri se et omnia in dei honorem exponere, ideo eos uti optimos viros amplecti velit et eorum statum et iusticiam in occurrentibus fovere et tueri; quodque s. sua sit sufficienter instructa, quomodo omnes ecclesiasticos prelatos et prebiteros, qui se ipsis commendant, recipiunt, protegunt et ab iniuriis defendunt, que res sit adeo grata s. sue, quod ipsos summe laudat et diligit et quod nichil hesitat eos a forciori in omni negotio, ubi apostolice sedis libertas et iusticia opprimeretur, se pronos exhibituros ad exquendum iusta apostolica mandata contra iniuriantes.

Et ut videant, quomodo s. sua omnino se ad ipsos toto affectu inclinet, tunc scire debeant, quod s. sua alias pro parte ducis Sigismundi, ducis Austrie, informata, quod si bullam daret contra ipsos in favorem ducis, tunc pax in Constancia per oratorem s. sue inter ipsos et ducem facta illesa maneret⁶⁾, ac quod ad illum finem bullam duci concessit.⁷⁾ Et quia nunc s. sua melius de ipsis informata atque eciam ex eo, quia dux ipse se omni gracia apostolica ex post indignum fecit propter maximum delictum et crimen lese maiestatis in Romanum pontificem et apostolicam sedem in hostili persecucionem unius cardinalis commissum, ut audient, ideo ad complacenciam ipsorum et honorem bullam duci contra ipsos datam nullo instante cassavit et liberaliter annullavit. Quodque vos habeatis super revocatione illa patentem apostolicam bullam, quam suo tempore presentabitis.⁸⁾

Deinde continuabitis et ad finem, ut possint vobiscum cum plena potestate suos Turegum mittere, dicetis, quomodo dux Sigismundus contra honorem dei et proprium in die sacratissimo Pasce (13. April 1460) per suos cardinalem sancti Petri, qui officium episcopale in sua diocesi et opido Bruneck predicando et populum communicando exercere proposuit, fuit diffidatus et impeditus et opidum suum captum et tercio die (15. April) primum dux ipso, non obstante, quod papam certificasset, quod unionem cum cardinali ad dies vite servare et ipsum protegere vellet⁹⁾, et postquam iam recepit opidum et circumvallasset eum per biduum, ipsum cardinalem primo diffidasset et hostiliter invasisset, quousque ipsum ad suas manus perduxisset et multis diebus tenuisset et extorsisset in preiudicium ecclesie Brixinensis, cuius ipse dux advocatus esse debuit, multa bona et castrum Tauffers et spoliasset ipsum cardinalem libertate

3 in re: iure H. | concernente: concedentem H. 11 pronos: per nos H. 13 ut: nec H. 16 quia¹⁾: quod H. 28 invasisset: *folgt gestr.* in preiudicium ecclesie Brixinensis K.

temporalis administracionis in castris et opidis¹⁰⁾, et hac omnia contra honorem et iusticiam, cum ipse causam per viam appellacionis ad Romanam curiam devoluisset, et post lapsum anni, quia ea non fuit prosecutus, a papa aliud fatale obtinuisset apelacionem prosequendi.¹¹⁾ Quanta iniquitas ante esset inaudita. Ob quod delictum incidisset in penas iuris gravissimas perdicionis honoris et bonorum, anathematis et interdicti, quam penam exequi vellet apostolica sedes contra ipsum. 35

Et quia in execucione omnes catholici ob reverenciam dei et apostolice sedis concurrere debent, et maxime ipsi, qui pre ceteris talia delicta abhominantur, ideo duo desiderat s. d. n. ab ipsis: Primo, cum dux sit de iure diffidatus et bannitus atque maximo anathemate innodatus, quod nullum cum ipso duce fedus unionis aut pacis contrahant neque cum suis, si ad eos miserit, loquantur, sed vitent omnes ut excommunicatos. Secundo, ut post declaracionem et publicacionem penarum iuris contra ipsum et 40 complices, postquam a s. d. n. invocati fuerint et requisiti cum seculari brachio apostolice sedi contra ipsum assistant modo, quo requirentur, quodque de hiis duobus s. d. n. se sic facturos per proprium nuncium aut litteras, prout s. sua omnino confidit, certificent. Quod si liberaliter hoc fecerint ad honorem dei et apostolice sedis et ad vindictam tanti sceleris, hoc eis faciet perpetuum et gloriosum nomen et laudem atque maximam ex hoc consequenter utilitatem, et habebunt apostolicam sedem in evum sibi 45 favorabilem.

Dicetis eciam, si dubitaverint de mente domini imperatoris, quod non habeant timere se serenissimo domino imperatori in hoc displicere, qui tantum facinus valde execratur in ipso duce, licet sit avunculus suus, certificando eos, quod s. d. n. auxilium ipsorum non invocabit nisi de consensu et beneplacitu imperatoris prefati.¹²⁾ 50

Et ad finem, quod in maiori congregacione ipsorum et coniuratorum possint super istis duobus punctis concludere, tunc rogabitis eos, ut ad hunc finem Curegum mittant vobiscum aut statim post vos cum plena potestate concludendi.

Dum eritis in Turego, facite execucionem monitorii et convocatis maioribus teneatis modum, uti apud Swicenses, prout supra ponitur. Et offerte bullam revocacionis et perswadete, ut super illis duobus 55 punctis affirmative respondeant s. d. n. per proprium oratorem aut litteras per ipsos mittendas aut vobis assignandas.

Item scribatis missivas dominis Basiliensi¹³⁾, Constanciensi¹⁴⁾ et Curiensi¹⁵⁾ episcopis et includite copias monitorii¹⁶⁾, ut subditos ducis in ipsorum diocesibus commorantes possint avisare de interdicto et aliis penis monitorii. Datum Petrioli Senensis diocesis sub annulo piscatoris die xiii junii m cccc lx, 60 pontificatus nostri anno secundo.

47 Dicetis: Dicit K.

¹⁾ *Servatius Regis (le Roy) aus der Diözese Thérouanne, seit 1453 apostolischer Schreiber und Abbreviator. Er erhob 1453 Anspruch auf ein Kanonikat am Züricher Grossmünster, das Johannes Hering (in dieser Zeit ebenfalls Gesandter zwischen Zürich und der Kurie; s.u. Nr. 6285) resigniert hatte. Zudem war er Mitglied der deutschen Anima-Bruderschaft in Rom. S. Meyer, Zürich und Rom 48f. Das Beglaubigungsschreiben für Servatius Regis wurde am 4. Juni 1460 ausgestellt. Or.: SCHWYZ, StA, HA.II.531; vgl. Segesser, Amtliche Sammlung II 305.*

²⁾ *Am 2. August 1460 folgte die positive Reaktion der Stadt Zürich auf die Gesandtschaft des Servatius Regis; s. BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. 221 p. 255: Man sichert dem Papst Gehorsam und Unterstützung zu. NvK wird nicht erwähnt. In diesen Kontext gehört ein auf Deutsch erhaltenes Schreiben der Eidgenossen, das in Anlehnung an die Haltung von Schwyz und Zürich und unter Berufung auf die Mission des Servatius Regis dem Papst ihre Unterstützung zusagt; Kopie (16. Jb.): MÜNCHEN, StB, Cgm 975 f. 104^r-105^r (mit wohl falschem Datum 1461 August 9). Vgl. Baum, Eidgenossen 12.*

³⁾ *Über dem Text: Instructiones magistri Servacii. Unter dem Text: Collacionata cum originali et concordat. Jacobus Piccolominibus.*

⁴⁾ *Überschrift wie in K.*

⁵⁾ *S.o. Nr. 6222 (1460 Mai 19). Vgl. auch die Notizen über die Publikation des Monitoriums in Siena (am 21. Juni), Rovereto und Zürich; s.o. Nr. 6222 Anm. 3.*

⁶⁾ *Der Friedensvertrag von Konstanz zwischen Hz. Sigismund und den Eidgenossen, vermittelt durch den Legaten Stefano Nardini; s.o. Nr. 5891 Anm. 3.*

- 7) *S.o.* Nr. 6084 *Anm. 1.*
- 8) *S.o.* Nr. 6233 (1460 Juni 1).
- 9) *S.o.* Nr. 6104 (1460 Januar 31).
- 10) *Zu den Vorgängen s.o.* Nr. 6193.
- 11) *S.o.* Nr. 6084 (1460 Januar 1).
- 12) *Zur Haltung des Kaisers s.o.* Nr. 6236.
- 13) *Jobann von Venningen, B. von Basel.*
- 14) *Heinrich von Hewen, B. von Konstanz.*
- 15) *Ortlieb von Brandis, B. von Chur.*
- 16) *S.o.* Nr. 6222 (1460 Mai 19).